



SPECIMEN

CANTABRICÆ LINGUÆ

# PARERGON

SIVE

SPECIMEN CANTABRICÆ

HOC EST

VETERIS VASCONUM LINGUÆ

EX OPERE EXCERPTUM QUOD

DE LITERIS ET LINGUÆ GETARUM

Anno 1597 Lugduni Batavorum

EDIDIT BON. VULCANIUS BRUGENSIS



PARISIIS

EXCUDERANT FIRMIN DIDOT FRATRES

1860

PARERAGON,

SIVE

SPECIMEN CANTABRICÆ,

HOC EST,

VETERIS VASCONUM LINGUÆ.

---

Octodecim tantummodo edita sunt exemplaria.

---

**S**Pecimen hoc Cantabricæ linguæ PARERAGON  
inscripsi, quò videlicet ad præsens in-  
stitutum quo de Gothica & vetere Teutonica  
Saxonicæque lingua agimus, parum aut ni-  
hil pertineat; vtpote nihil cum eis affinitatis  
habens. Libuit tamen mihi id Corollarij loco  
adiicere, vt lingua paucis hactenus nota vel  
audita innotescat; & Studiosis linguarum di-  
ligentius in eam inquirendi fructumque ali-  
quem ex ea percipiendi materiem suppedi-  
tem. Est autem Cantabrica lingua, quæ  
hodie Vizayna siue Vasconica vocatur.  
(Vizayam enim olim Vasconiam dictam  
fuisse autumo) nunc verò vulgò Bazque,

sive Bazuence appellatur. Cuius vsus hodie est non in Vizcaya tantum, verumetiam in finitimis ei et circumiacentibus prouinciis, Alaba, Guipuzcoa, Nauarræ etiam regno, et Bearnensi ditone. Quam quidem linguam plerique Veterem Hispanicam fuisse arbitrantur; quæ, cum in aliis illius regni prouinciis, ob frequentes diuersarum gentium irruptiones & multorum in eis seculorum dominationem, ita fuerit corrupta ut nihil ferè natiui retinuerit, eiectis nimirum indigenis, & coloniis eò deductis, Vizcayni eisque finitimæ gentes linguam suam integram conseruarunt, quod quidem inde factum existimo, quòd gontes bellicosissimæ, & regiones naturâ situque locorum munitissimæ, vel ab exteris nationibus nunquam ita fuerint subactæ, ut indigenæ sedes mutare fuerint coacti; vel quòd externæ nationes gentis indomitæ ferociâ & locorum asperitate deterritæ, diutius ibi commorari noluerint. Mansit itaque hæc Vasconum lingua in hunc vsque diem integra, tametsi ob multa cum vicinis Gallis commercia, peregrina etiam multa illius gentis vocabula in eam irrepserint. Crediderim tamen eos, si linguam suam excolere velint, perinde ac nos Belgæ, nul-

lius externæ linguæ adminiculo ad omnia animi sensa propriè apteque explicanda indigere. Propriam verò ac natiuam Vasconum linguam cum multi antè annos non multos crediderint, vel alioqui maligne sparserint, scribi non posse, (quasi verò lingua quæ pronounciari potest scribi nequeat) eò libentius Specimen hoc linguæ Cantabricæ Philoglottis exhibui, simulque ut Illustrissimæ principis Ioannæ D'Albret, Reginæ Nauarræ, præclarum omniumque Christianorum principum imitatione dignissimum in propagando Euan-gelio studium elucescat; cuius auspiciis auctoritateque Nouum Iesu Christi Testamentum Cantabrica lingua, interprete Ioanne de Licarrague de Briscous politissimis typis excusum est ab accuratissimo celeberrimoque typographo Petro Hautin, Rupellæ, Anno Domini M. DC. LXXI. E qua editione Orationem Dominicam\* (ne te multis onerem) adiciam, cum Indice vocabulorum aliquot Cantabricorum quæ in meum vsus studiosè iamdudum collegeram: è quibus Studiosè Lector velut ex vngue de tota lingua iudicare possis.

\* Ex Mattheo, cap. VI.

## ORATIO DOMINICA

CANTABRICE.

**G**VRE Aita ceruëtan aicena, Sanctifica bedi hire icena:

Èthor bedi hire resumà. Eguin bedi hire vorondatea cerüan beçala lurrean-ere.

Gure eguneco oguia iguc egun.

Eta quitta ietzague gure çorrac, nola gure gure çordunéy quittatzen baitrauegu.

Eta ezgaitzàla sar eraci tentationetan, baina deliura gaitzac gaichtotic.

## INDEX

VOCABULORUM ALIQUOT CANTABRICORUM.

<b>A</b> ITA,	Pater.
Ahardi,	Sus.
Ahoa,	Os:
Aker,	Hircus.
Alaba,	Filia.
Alcandorea,	Interula.
Amar,	Mater.
Anaya,	Frater.
Andrea,	Domina.
Araguia,	Caro.
Arguia,	Lux.
Ardoa,	Vinum.

Ardia,  
Arima,  
Arraya,  
Arrebua,  
Aretze,  
Astoa.

**B**ACVST,  
Baina,  
Baldin,  
Bat  
Begui,  
Belca,  
Beraz,  
Berrià,  
Bertan,  
Beffoa,  
Bihar,  
Bihotza,  
Bildotza,  
Burna,

**C**AHAGVI,  
Caldi,  
Çahar,  
Cergali,  
Cerua,  
Chori,  
Cubac,  
Curia,

**D**EABRVAC,  
Dohatsu,

**E**CEN,  
Echea,

Ouis.  
Anima.  
Piscis.  
Soror.  
Vitulus.  
Asinus.  
Video.  
Sed.  
Si.  
Nisi, Præterquam.  
Oculus.  
Nigrum.  
Merces.  
Nouum.  
Statim.  
Brachium.  
Cras.  
Cor.  
Agnus.  
Caput.  
Vinum.  
Equus.  
Senex.  
Quare.  
Cælum.  
Auis.  
Vtres.  
Album.  
Diabolus.  
Beati.  
Etenim.  
Domus.

*Edatendot,*  
*Ederra,*  
*Egun,*  
*Eguzquia,*  
*Emazthea,*  
*Echiaz,*  
*Escua,*  
*Etche,*  
*Eure,*  
*Eztà,*  
**G**AITZERRATTEGAC,  
*Gatza,*  
*Goicea,*  
*Gorria,*  
*Gorputza,*  
*Gucia,*  
**H**AIGE,  
*Halaiotz,*  
*Handiric,*  
*Haortchoa,*  
*Haraguia,*  
*Herioa,*  
*Hi,*  
*Hilebeth,*  
*Hordia,*  
*Hortza,*  
**I**AINGOA,  
*Ian,*  
*Iauna,*  
*Ibaya,*  
*Içarra,*  
*Icena,*

Bibo.  
 Formosus.  
 Hodie.  
 Sol.  
 Mulier.  
 Digitus,  
 Manus.  
 Domus.  
 Tuus.  
 Non.  
 Obtrectationes.  
 Sal:  
 Manè.  
 Rubrum.  
 Corpus.  
 Omnis.  
 Ventus.  
 Propterea.  
 Magnum.  
 Puer.  
 Caro.  
 Mors.  
 Tu.  
 Mensis.  
 Vini potor.  
 Dens.  
 Deus,  
 Comedere.  
 Dominus.  
 Flumen.  
 Stella.  
 Nomen.

*Idià,*  
*Itsassoac,*  
**L**ANDA,  
*Llonaca,*  
*Lurra,*  
**M**AHATSAC,  
*Mihia,*  
**N**AVC,  
*Ni,*  
*Nola,*  
*Non,*  
**O**DEYA,  
*Odola,*  
*Oguia,*  
*Ohea,*  
*Oinac,*  
*Ora,*  
*Orduan,*  
**S**ABELCO,  
*Senarra,*  
**V**ICITZEA,  
*Vncia,*  
*Vra,*  
*Vria,*  
*Vrthé,*

Bos.  
 Mare.  
 Ager.  
 Dormio.  
 Terra.  
 Vuæ.  
 Lingua.  
 Sum.  
 Ego.  
 Quomodo.  
 Quia.  
 Nubes.  
 Sanguis.  
 Panis.  
 Lectus.  
 Pes.  
 Canis.  
 Tunc.  
 Venter.  
 Maritus.  
 Vita.  
 Nauicula.  
 Aqua.  
 Villa.  
 Annus.

# RATIO NVMERANDI

APVD CANTABROS.

I,	<i>Bat.</i>
II,	<i>Bi.</i>
III,	<i>Irú.</i>
IIII,	<i>Lau.</i>
V,	<i>Bost.</i>
VI,	<i>Sey.</i>
VII,	<i>Çaçpi.</i>
VIII,	<i>Çorci.</i>
IX,	<i>Vedraci.</i>
X,	<i>Amâr.</i>
XX.	<i>Oguéy.</i>
XXX,	<i>Oguéy tamar.</i>
XL,	<i>Berroguéy.</i>
L,	<i>Berroguéy tamar.</i>
LX,	<i>Yruroguéy.</i>
LXX,	<i>Iruroguéy tamar.</i>
LXXX,	<i>Lauroguéy.</i>
LXXX,	<i>Lauroguéy tamar.</i>
C,	<i>Eun.</i>

FINIS.



